



Politicorvm Libri Decem

Contzen, Adam

Colonia, [1621]

Cap. XXVII. Capite 8. vers. 23. de Pontifice non prophetat Daniel.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95437](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95437)

ut sit nothurni furus, cum mundus dicet: Pax & tuta omnia. Et ex opinione postea dies, mensis, annus iudicii minimè foret occultus. Ab ortu enim Antichristi ad eius mortem restarent tres anni cum dimidio, ab eius morte dies XLV. ad iudicium. Expresse enim scribit Bellarminus, post Antichristi mortem futuros non nisi XLV. dies vsque ad mundi finem. Cum igitur falsum ex opinione data sequatur: ipsa falsa sit necessè est.

Certitudo ex annis etiam colligitur.

Caluiniani iam ante omnia designant.

Respondeo. Constare Bellarminus ait, quia probabili interpretatione Danielis hoc modo quidam ratiocinantur, quia Dan. 12. 12. scribitur Beatus qui expectat, & peruenit vsque ad dies mille trecentos triginta quinque. Quasi tum sit futura retributio bonis. At illa interpretatio non est certa, & à plerisque ignorabitur. Deinde si pro diebus annos ponant, erit tum quoque res certa, & præscietur illa dies. Nam & Pareus vsque ad annum Domini 1866. calculandam Ecclesiam vaticinatur, & cum ita de tempore, & temporibus, & 42. mensibus disputet, dubium esse non potest, quin pari gradu certitudinis de temporis dimidio conieceret. Braubomus sane nobis annos omnes in Floribus Flaminii proposuit, & se cognouisse iactauit, quamvis anima Christi non cognouerit. Tercio Beatus dici potest, qui eo vsque peruenit: quia iam tum celerrime in præcipuas partes mundi nunciata Antichristi morte, persecutio cessabit, & horrore contabescant administri, qui mortuum crediderint, quem credebant immortalem.

Hieronymum igitur potius audiamus hunc in modum loquentem. Tempus annum significat, tempora iuxta hebraici sermonis proprietatem, qui & ipsi dualem numerum habent duos annos præfigurant, dimidium autem temporis sex menses, quibus Sancti, potestati Antichristi permittendi sunt, ut condemnentur Iudei, qui non credentes veritati susceperunt mendacium. Notandum est inquam, illud de duali non esse, neque hic, neque in cap. 12. nam utrumque pluralis est numeri, & Iudei ferè duali non nisi in rebus natura geminis vtuntur, nisi ea sit consuetudo, ut cum proferunt absens tempus, tempora, dimidium, dualiter accipiant. Non hoc ideo dicit Hieronymus, quod vel hic vel capit. 12. Danielis sit dualis, nam eo fere, non nisi in rebus natura geminis vtuntur Hebraei: quia tamen punctis illa ætas caruit, ille tam legere potuit מועדים, Moghedaim, duali, quam מועדים, Moghedim, plurali, nullum est enim discrimen literarum sed punctorum.

CAPVT XXVII.

Capite 8. v. 23. de Pontifice non prophetat Daniel.

§. 1. **V**ERBA Prophetæ sunt. Et post regnum eorum, cum creuerint iniquitates, consurget rex impudens facie & intelligens propositiones, & roborabitur fortitudo eius, sed non in viribus suis: & supra quam credi potest vniuersa vastabit, & in copia rerum omnium occidet plurimos, & contra principem principum consurget, & sine manu conteretur.

Ruente Græcorum Monarchia Antiochus regnauit.

Primo ait post regnum eorum, Nempe regum Syriæ, qui fuere numero nouem & decem, inter eos nõ vltimus fuit, sed octauus Antiochus qui dictus est Epiphanes, & ex moribus ἐπιφανής, furiosus. Post regnum ergo quorundam regum Syriæ regnare cepit. Quia tamen generatim noster interpres vertit: Post regnum eorum: & Hebraus textus באחרית, Beaharith, in extremo, & 70. אחרית הַמַּלְכוּתִּים אֲנִי מְבַרֵּךְ אֶתְכֶּם, circa extrema regni eorum, accuratius Spiritus sancti phrasid consideranda est. Nam reuera iam extrema regni Græcorum aderant. Cum enim regnare cepit

Antiochus, iam Græcia atque adeo Macedonia erat in potestate Romanorum, magna etiam pars alienata erat, ante annos 16. tributum indictum fuit Antiocho magno huius parenti, qui magna parte Asiæ, infusilique exutus fuit, arma, Elephantos, classem tradere coactus, ipse rex modicis finibus cis Taurum regnare iussus est. Ipse Antiochus Epiphanes Romæ obfès, & pignus seruitutis fuit, nec Egypti melior conditio: nam Pupillum regem Romani tutati sunt: cum ergo tum regnum Græcorum in vnica parte hæserit, nec liberum, sed obnoxium, merito dicit Spiritus S. post regnum illorum.

§. 2. Secundo dicitur causa tam magnæ persecutionis, cum creuerint iniquitates: alij cum consummabunt de-
Calamita-
fessionem præuicacitatem illi. Luther. Wann die Uebel-
thäter vberhandt nehmen / alij consummati sunt iniqui: sunt pecca-
itaque duplex interpretatio, Prima, Cum Deus consu-
ta.
mit præuicacitatem, nam id factum sub Antiocho, à Juda, alijsq;. Secunda, quia est cõmunis πλεονεξία τῶν ἀμαρτανῶν cõpletis peccatis, cū iam maturi pœnæ fuerint, ita de Amorrhæis Moses, & 1.2. Mac. c. 4. Heb. יְהוֹשָׁפָט בְּנֵי בְּחָתָם, Haphschachim. Secundum con-
summandum præuicacitatem, Noster legit mutatis
punctis. יְהוֹשָׁפָט, Hapfeschaghim. hæc explica-
tione clarius cap. 11. & cap. 1. 1. Machab. v. 11. & cap. 4. 1. 2. Mach. v. 7. & seq. & hoc indicat v. 12. robor autem datum est ei.

§. 3. Tercio, hæc omnia Antiocho, nonnulla conueniunt Antichristo. Nam primo Antiochus est cornu modicum. Cornu, qui rege patre natus, externis regnum inuidentibus ipse obtinuit. Modicum quia minor fratrum, Romæ obfès, omnes potentes adu-
latus seruitutem tantum non seruiet, sed veniens ad imperium ab exilio regnauit sanguine multo.

Factum est grande, occupata Palaestina, positis in Egypto prælidiis, & victa variis bellis, non tamén veterum regum potentiam æquauit.

Quarto. Rex impudens facie, גִּזְרִים, Ghaz-
Impudens
phanim, fortis faciem, & vultum, & c. Duo sunt
facie.
in illa impudentia, ob quæ à Polybio, Athenæo, Cedreno, Gorionide vocatur ἐμπανής: nam summa erat ambitio diuinitatem affectantis, & summa inuercundia, publicè enim & inspecante populo libidines explebat.

Quinto. Intelligens propositiones, Hebraus textus vocat חֲכִימָה Chidoth, anigmata, quidam vertunt חֲכִימָה חֲכִימָה & חֲכִימָה, agitans consilia tenebrarum, ad fraudes enim, & dolos insigniter eruditus est.

Sexto. Roborabitur fortitudo eius, sed non in viribus suis. Hieronymus: quia propter populi peccata illa sunt permessa, cum alias non potuisset quicquam efficere, idque tam in capiendi Egypto, cuius rex omnino marcebat desidia, ut non modo regia maiestatis officia intermitteret, sed etiam sensu hominis nimia sagina careret, & par erat aula, procerum, & ciuitatum corruptio. Deinde pauca viribus, pleraque fraude, & periurio transegit.

Roborabitur fortitudo eius.

§. 4. Septimo. Supra quam credi potest vniuersa vastabit, & prosperabitur, & faciet, & interficiet robustos, & populum Sanctorum.

Crubescit Antiochus.

Hebraus vastabit נִפְלֵאוּת, Niphleoth, admiranda, seu admirabiles, 70. θαυμάσια διαφθοράς, mirabiliter corrumpet. Graerus occultissime corrumpet. Sed nec boni nec mali interpretis habet auctoritatem.

Octauo. Successus etiam tam prauis hominis indicatur. v. 25. Secundum voluntatem suam dirigitur dolus in manu eius, & cor suum magnificabit, & in copia rerum omnium occidet plurimos, & contra principem principum consurget, & sine manu conteretur.

Hebraus גָּלִי שִׁיחִלֹד, gal schichlô, superintellectum eius prosperabitur dolus eius. Hoc est, ut ille dicebat,

dicebat, dolo astutetrabit, & euentus felix erit. Interpretes 70. ita vertunt: ὁ δὲ ζυγὸς ὁ καὶ τοῦ θυνοῦ, iugum numella, seu supplicii dirigitur. Legeunt illi pro ב, literam illi affinem ב, nempe על שבלר Ghal Schiblo, iugum vinculi eius. Nam שבלר Schabal, vel סבל סבל vinculum est, hinc Sibboleth סבולת Societas. סבלונו Sablonoth, ornamenta, catenulae, annuli. Chaldaei. Graeci itaq; lectionis duplex est sensus. Primus, vt ipse Antiochus sit iugum vinculi, seu iugu hominis vincti, & obsidis, quod prosperatum est, cum ex vincto factus est rex. Alter quod multos vinxerit, atq; in captiuitatem abduxerit, vt praedictio sit eius, quod 2. Macc. 5. 14. dicitur. Erant autem toto triduo octoginta milia interfecti, quadraginta milia vincti, non minus autem venundati. atq; haec vna clade confugerunt.

Nos tamen hebraea, & veterem interpretem secuti, de temporaria Antiochi felicitate interpretamur.

§. 5. Nono. Cor suum magnificabit, quidam hebraea verba בלבב Vbelbbo, & in corde suo, iungunt eum praecedentibus, dirigitur dolo eius in manu eius, & in corde eius. Noster vero: Et in corde suo magnificabit. Hoc est cor magnificabit: cum dominum magnificare oportuisset. Sic 70. ὁ καὶ δὲ αὐτὸς μετὰ τὸν πόλεμον. Et in corde suo magnificabitur. Id in Maccab. lib. 2. cap. 5. 21. narratur. Existimans se praesuperbia terram ad nauigandum, Pelagus vero ad iter agendum, deducturum propter mentis elationem. & cap. 19. 7. Super hoc autem superbia repletus, ignem spirans animo in Iudeos, & precipiens accelerari negotium, contigit illum imperu euntem de curru cadere, & graui corporis collisione membra vexari. Isque qui sibi videbatur etiam fluctibus maris imperare, supra humanum modum superbia repletus, & montium altitudines in statera appendere, nunc humiliatus ad terram in gestatorio portabatur, manifestam Dei virtutem in semetipso confitens: ita vt de corpore impii vermes scaturirent, ac viuentes in doloribus carnes eius effluerent: odore etiam illius & furore exercitus grauaretur. & qui paulo ante sidera caeli contingere se arbitrabatur, eum nemo poterat propter intolerantiam factoris portare. Hinc igitur cepit ex graui superbia deductus ad agnitionem sui venire, diuina admonitus plaga, per momenta singula doloribus suis augmenta sapientibus, & cum nec ipse iam furorem suum ferre posset. Ita aut, iustum est subditum esse Deo, & mortalem non paria Deo sentire.

§. 6. Decimo, & in abundantia occidet plurimos, בשר בשר Beshaluch, quod alii interpretantur, in pace: 70. ὁ καὶ δὲ πᾶσι τοῖς ἀσπασθεῖς, & dolo multos occidet. Omnia vera sunt: nam reuera ex Aegypto spoliata rediens cum rebus omnibus abundaret, caedes Ierosolymis, & alibi fecit: & in pace, non enim bellum erat, sed facienda, rapiendiq; occasionem quaesivit: denique omnia illa dolo sunt peracta. Nec repugnat Hebraea dictio, nam שכל Schala, est in pace agere, fortunatum esse. Jer. 12. 1. sic Psal. 15. Psal. 72. 21.

Vndecimo. Contra principem principum confurget, ita Hebraeus. Editio Romana 70. non habet ἐπ' ἀχροντα ἀφ' ὧν τὸν σῆμα, sed ἐπ' ἀπὸ λεία πολλὰν σῆμα, ad interitum multorum confurget. itaq; pro Resch legit Daleth. ita alia quoq; editiones: Francofurtensis, & alia vtunque ponunt, ἐπ' ἀπὸ λεία πολλὰν σῆμα, ὅ ἐπ' ἀφ' ὧν τὸν σῆμα, at posterior vt legitima retinenda est, alia vero omittenda.

§. 7. Duodecimo, & sine manu conteretur, vt nō manu cōteretur: nam lectio quam exponit Theodoretus, & libri Graeci habent, ὅς δ' ἀπὸ τῆς χειρὸς, vt oua cōteret. Hebraeum ממש Ephes, quamuis variae sit significationis, pro ouo tamen hoc solum loco accipitur, sed magis credo ex hoc factum ὅς. Alioqui pro ב legerunt ב, & pro שכל libbalchar passiuo, ישר, libbalchar actiuum. Ex quo apparet, quam necessario sit traditio cū scriptura iungenda: nam si absq; traditione punctorum his, tam legam, conteret, quam cōteretur. De interitu An-

tiuchi lib. 1. & 2. Maccabaicorum non habere contraria, ostendit Serarius lib. 1. c. 6. & 1. 2. c. 9.

Tertiodecimo. Haec omnia mala Pontificibus eo quo supradixi modo aduersarii accommodare fatagunt. Sed argumentum nullum est, aut si quod est, in eos retorquetur.

Nam primo, omnia in quemlibet impium regem dici possunt, in Mahometem, in ceteros. Secundo. Si acta Fracica, Anglicana, & Belgica legam, sine dubio inueniemus omnia quae Calviniani crudeliter, sacrilegè, libidinosè egerunt, Antiochenica haec superare. Tertio. Queruntur Lutherani, vt ex verbis, quae ex palma saeculari citauimus manifestum est, Calvinianos in se vix esse clementiores, quam sint Pontificii. Quiritur Melanchthon vt ostendi in Jubilo, à rigidis Lutheranis iugum grauius imponi mollibus, quam fuerit à Pontifice impositum. Queruntur Arminiani in Belgio Gommaristas in se maiorem tyrannidem exercere, quam fecerit inquisitio hispanica. Queruntur Calvinistae Lutheranos in se atrociores esse, quā sint Papistae. Mutuae igitur cum sint querelae, non est causa, cur in Pontificem conferant vniuersa. Quarto, Hic Antiochus rex vnus, è modicis initiis progressus, impudens facie, &c. opponitur vni Antichristo. Vnus homo, vni homini, malus pessimo typus statuitur, nō vnus integro regno, nō vnus multis. Quae est causa, aut ratio similitudinis, vt Antiochus vnus è nouemdecim Syriae regibus eligatur, qui typus sit omnium Pontificum, non omnes reges, aut regnum Syriae, etsi enim Antiochus palmam nequitiae omnibus praeipuit, omnes tamen insignitè improbi fuerunt, crudelisque & libidinosi, etiam Seleucus ille, qui vtunque hostis Deum coluit. Huius historiae consideratio omnem vim tollit quam aduersarii in Jubilis suis metiendo, & nugando allinere inuitae historiae conatur.

Quinto, Scriptura quoque à Pontifice totam culpam amolitur, ita enim cap. 8. v. 8. Hircus autem caprarum magnus factus est nimis: cumque creuisset, fractum est cornu magnum, & orta sunt quatuor cornua subter illud per quatuor ventos caeli. De vno autem ex eis egressum est cornu vnum modicum: & factum est grande contra Meridiem, & contra Orientem, & contra fortitudinem. Et magnificatum est vsque ad fortitudinem caeli: & deiecit de fortitudine, & de stellis, & conculcauit eas. Et vsque ad principem fortitudinis magnificatum est: & ab eo tulit iuge sacrificium, & deiecit locum sanctificationis eius. Robur autem datum est contra iuge sacrificium, propter peccata: & prosternebat veritas in terra, & faciet, & prosperabitur. Et audiui vnum de sanctis loquentem: & dixit vnus sanctus alteri nescio cui loquenti, vsque quo visio, & iuge sacrificium, & peccatum desolationis quae facta est: & sanctuarium, & fortitudo conculcabitur: Et dixit ei vsque ad vesperam & mane, duo millia trecenti: & mundabitur sanctuarium.

Tempora desolationis, & tyrannidis describit Daniel dies 2300. veros autem dies accipit, non aenigmaticos. Cum vero aduersarii fateantur, de eisdem rebus, loqui Daniele & Joannē, oportet quoq; Joannem proprie dies, & menses accipere; deinde hoc loco proprie dies accipiuntur, ergo c. 12. v. 12. nec enim causa est, cur alibi aenigmata, hic vero propriam locutionem accipiamus. Praesertim cum eisdem de rebus sermo sit. Cumq; Antiochi tyrannis veris propriisque diebus explicetur, non debent res Antichristi, quae hisce significantur impropriis diebus indicari. Hinc est, quod fatetur Pareus nullos haecenus interpretes connectere potuisse, illam quae est de Antichristo prophetiam, quia vel Daniele vel Joanne torquent. Porro dies illi non sunt inchoandi ab eo tempore quo Antiochus in templo posuit idolum abominationis, sed à tempore quo Jafon cadib. grafsari cepit. Quod si hos dies de Antichristo aenigmatice interpretentur, adhuc illi multos annos donent necesse

Hic in multis conueniunt.

Vnus Antiochus vnum Antichristum designat.

Proprie dies hic accipiuntur.

Superbia panis.

Sanguinem in pace fundet.

Contra Deum confurget.

Sine manu conteretur.

necesse est; nam dies duo millia trecenti totidem anni erunt.

Sexto, Antichristus sicut Antiochus sine manu conteretur, at iam omnes ministri suos reges hortantur, ut bello Papam perficiantur, & carnes eius vorant. Frustra id suadent, si Papa manibus non est conterendus.

CAPVT XXVIII.

Quæ Danielis cap. 11. vers. 31. & sequentibus dicuntur, ad Pontificem non pertinent.

§. 1. **T**EXTVS ita habet. Et brachia ex eo stabunt, & polluent sanctuarium fortitudinis, & auferent iuge sacrificium: & dabunt abominationem in desolationem. Et impij in testamentum simulabunt fraudulentè: populus autem sciens Deum suum, obtinebit & faciet. Et docti in populo docebunt plurimos: & ruent in gladio, & in flamma, & in captiuitate, & in rapina dierum. Cumque corruerint, subleuantur auxilio paruulo: & applicabuntur eis plurimi fraudulentè. Et de eruditis ruent ut consensur: & eligantur, & dealbentur vsque ad tempus presinitum: quia adhuc aliud tempus erit. Et faciet iuxta voluntatem suam rex, & eleuabitur, & magnificabitur aduersus omnem Deum; & aduersus Deum Deorum loquetur magnifica, & dirigetur, donec compleatur iracundia, perpetrata quippe est definitio. Et Deum patrum suorum non reputabit: & erit in concupiscentiis faminarum, nec quemquam Deorum curabit: quia aduersum vniuersa consurgit. Deum autem Maozim in loco suo venerabitur: & Deum quem ignorauerunt patres eius, colet auro & argento, & lapide pretioso, rebusque pretiosis. Et faciet ut muniat Maozim cum Deo alieno quem cognouit, & multiplicabit gloriam, & dabit eis potestatem in multis, & terram diuidet gratuito. Et in tempore presinito praeliabitur aduersus eum rex Austri, & quasi tempestas veniet contra illum rex Aquilonis in curribus & in equitibus, & in classe magna: & ingredietur terras, & conteret, & pertransiet. Et introibit in terram gloriosam, & multi corruent: ha autem sole saluabuntur de manu eius, Edom, & Moab, & principum filiorum Ammon. Et mittet manum suam in terras: & Terra Aegypti non effugiet. Et dominabitur thesaurorum auri & argenti, & in omnibus pretiosis Aegypti: per Lybiam quoque & Aethiopiam transibit. Et famas turbabit eum ab Oriente, & ab Aquilone: & veniet in multitudine magna ut conterat, & interficiat plurimos. Et figet tabernaculum suum Apadno inter maria, super montem inclitum & sanctum: & veniet vsque ad summum tatem eius, & nemo auxiliabitur ei.

De quo illa dicantur intelligi non potest, nisi accuratè sensus intelligatur, qui idcirco apud multos dubius est, quia cui applicanda sint illa facta, nesciunt. Nam quidam etiam nouatorum ita omnia Antiocho accommodant, ut in eo sistant, alij alio feruntur.

Hu verbis
describitur
Antichristus.

Sed dicendum est sermonem esse de Antiocho, quia eius progenies, & facta describuntur, idque à v. 24. certissimè. Deinde in Antiocho, ut in figura describi Antichristum. Ita tamen ut nonnulla soli Antiocho, alia Antichristo soli conueniant, cum tamen Sectarii omnia facta Antichristo accommodant, nos eorum vestigia sequemur, & ostendemus ad Pontificem non pertinere. Non sunt illi solliciti ut Danieli exponant, sed ut verba illius proponant, & deinde collectis vndique famosis libellis, & publicis calumniis ea Pontifici impingant.

Brachia.

§. 2. V. 31. Et brachia ex eo stabunt. Septuaginta habent σπέρματα, semina, quod interpretantur, de Eupatore Antiochi filio, qui Judæos etiam ipse oppressit. Legerunt illi זרעים, Zarghim, semina, pro זרעים, Ze-

roghim, brachia. Sed de Eupatore non puto accipienda esse, non enim ille abstulit iuge sacrificium, imo nec potuit, restauratum iam erat, & se Macchabæi fortiter defendebant. Brachia igitur sunt quos Antiochus Judæis atrocissimos imposuit. Ita i. Macc. 5. 22. Reliquit autem propósitos ad affligendam gentem; Ierolymis quidem Philippum genere Phrygem, moribus crudeliterem, eo ipso à quo constitutus est. In Garzim autem Andronicum & Menelaum, qui grauius quam ceteri imminuebant ciuitibus. Cumque oppositus esset contra Judæos, militi odiosum principem Apollonium cum exercitu 22000, præcipiens ei omnes perfectæ ætatis interficere, iuuenes ac mulieres vendere.

Horum facta sunt. Sanctuarium polluere, profanare: describitur res gesta 2. Macc. 6. & lib. 1. cap. 1. à v. 40. Deinde שִׁכְּוֹת שִׁכְּוֹת Schickutz, Melchomem, dabunt abominationem desolationis, seu desolantem, seu obstupescientem. 70. vocant ἡ ἀβὸν μαρτυρίαν, abominationem non apparentem, ita Romanus habet codex, melius alia exemplaria, καὶ δαδὸν ἐδὲλν μαρτυρίαν, dabunt abominationes eorum quæ è medio sublata sunt, simulacrum Jovis quod nihil erat, quia idolum nihil est. v. 37. Et impij in testamentum simulabunt fraudulentè, populus autem sciens Deum suum obtinebit, & faciet.

Hebr. verba sunt emphatica מְרִשְׁעֵי בֵּרִית מְרִשְׁעֵי בֵּרִית Vmarichighe, Berith, Jahaniph, Bechalakoth, quod in Græco vertitur, καὶ οἱ ἀνομώτες διαβήντες ἐπὶ τὴν ἐν δόλῳ μαρτυρίαν. Hebræa ad verbum ita verti possunt. Et peccatores testamenti faciet peccare, simulare, impiè agere in blanditiis, Græca, peccantes testamentum traducet in ruinas, seu lubricitatibus, hoc est, lubrico casu. Noster legit, יְהִיפֵר, Jachaniphu, peccabunt, simulabunt, nam hoc verbum peccare significat, sed præcipue cum hypocrisi, & simulatione perniciofa, eodem modo etiam Græci legerunt. Est verò Job. 34. 30. & 36. 13. חֲנֹפִי, Choneph, hypocritia. Sunt verò illi qui i. Macc. cap. 1. vers. 12. Disponunt testamentum gentibus, omnes deinde qui fraudulentè populum Dei deciperunt, aut decipere sunt conati. Hoc etiam fecerunt Antiochus Eupator, libro i. Maccab. 6. 61. & cap. 7. 5. 10. & 28. Nicanor. & cap. 9. 58.

§. 3. Hæc profanatio, & abominatio non est in Pontifice, sed in ducentis sectis, quæ à Pontifice defece-
runt. Nos in prima religione permanfimus, nihil à prima fide mutauimus, ut ex ipsiusmet aduersariis probauimus, quia Martyribus tribus, & triginta Pontificibus auspicantur nostrum, ut vocant Antichristianismum. Si fraudulentos queris, vide testimonia Lutheranorum, & Calvinianorum contra se mutuo, nulla supererit dubitatio. Sacrificia sustulerunt, Sacramenta prophanarunt, adeo ut non alio fere nomine à Lutheranis vocentur, quam Sacramentfchēder, & Sacramentichv vermer. Sacerdotes occiderunt, ipsa sanctorum corpora effoderunt, atque in cineres redegerunt. Ad Pontificem & Catholicos id pertinet quod sequitur: Populus autem sciens Deum suum obtinebit, & faciet.

§. 4. Ita populus fortis contra Antiochum victor in prælio, victor in tormentis, i. Macc. 1. 56. & seq. lib. 2. cap. 5. cap. 6. cap. 7. Nec aliter nobilissimi martyrum tempore Antichristi, si enim patrum memoria, & diebus nostris, theatrum crudelitatis Calvinificæ in Gallia sustinuerunt, & nunc adhuc variis in locis sustinent, si patientia sua carnificum ingenia superarunt, cur non in summo illo grassantis Antichristi terrore, diuina virtute protegentur, ut tum quoque bestiae cruentissima se se opponant? Macchabæi quidem lib. 2. cap. 2. 47. dicuntur perferantur filios superbiam, & prosperatum esse opus in manibus eorum, obtinuisse legem de manibus gentium, & de manibus regum.

Abomina-
tio desola-
tionis.

Simulato-
res plus ipsi
hostibantur
cent.

Fraus à Pon-
tificis abst.

Populus
fortis sciens
Deum.